

Digitaliseret af | Digitised by



**DET KGL.
BIBLIOTEK**

Royal Danish Library

Forfatter(e) | Author(s):

Gamst, Jacob.; submittit Jacobus Gamst ;
defendente Laurentio Schov.

Titel | Title:

De Petro Parvo Rosæfontano Schediasma
placido opponentium examini submittit

Udgivet år og sted | Publication time and place: Hafniæ : typis Godichianis, 1755

DK

Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse. Husk altid at kreditere ophavsmanden.

UK

The work is free of copyright. You can copy, change, distribute or present the work, even for commercial purposes, without asking for permission. Always remember to credit the author.





J. GAMST

De P. P. Rosæfontano.

1755.


45,-257-8°



DET KONGELIGE BIBLIOTEK



130020701731





J. Gamib.

de

Petro Parvo Rosofontano.

Hafn., 1755.



451 - 257.



DE
PETRO PARVO
ROSÆFONTANO
SCHEDIASMA

PLACIDO OPPONENTIUM EXAMINI

SUBMITTIT

JACOBUS GAMST,

DEFENDENTE

DOCTISSIMO


LAURENTIO SCHOV.

IN AUDITORIO


COLLEGII WALKENDORPHIANI.



Ad D. III. M. April MDCCLV. h. p. m. 6.



HAFNIÆ, typis GODICHIANIS.



IMPRIMATUR
M Ö L M A N N.



EMINENTISSIMO ET SUMME
VENERABILI
DOMINO
LUDOVICO HARBOE,
DIOECESIOS SIELLANDICÆ
EPISCOPO,
REGIÆ SCIENTIARUM SOCIETATIS HAF-
NIENSIS MEMBRO.

PERILLUSTRI ET GENEROSO
DOMINO
HENRICO HIELM-
STIERNE,
S. R. M. A CONSILII STATUS ET JU-
STITIÆ, SUPREMI TRIBUNALIS ET COLLE-
GII CANCELLARIÆ ASSESSORI, IN CANCEL-
LARIA DANICA SECRETARIO, REG. SCIEN-
TIARUM SOCIETATUM HAFNIENSIS ET
LONDINENSIS, UTI ET REGIÆ SOCIE-
TATIS DANICÆ MEMBRO.

PERILLUSTRI ET GENEROSO
D O M I N O

TORKILLO de KLEVEN-
FELDT,

S. R. M. A CONSILII JUSTITIÆ, SUM-
MI TRIBUNALIS ASSESSORI, JUSTITIÆ IN
DANIA SECRETARIO UTI ET IN CANCELLA-
RIA DANICA SECRETARIO, REG. SCIENTIA-
RUM SOCIETATIS HAFN. ET REGIÆ SO-
CIETAT. DANICÆ MEMBRO.

PERILLUSTRI ET AMPLISSIMO
D O M I N O

JACOBO LANGE BEK,

S. R. M. A CONSILII JUSTITIÆ ET AR-
CHIVIS, REG. SCIENTIARUM SOCIETATUM
HAFNIENSIS ET HOLMIENSIS MEMBRO
NEC NON REGIÆ SOCIETATIS DA-
NICÆ ANTISTITI.

MECÆNATIBUS

ET

FAUTORIBUS

ÆTATEM COLENDIS

HOCCE

QVAECUNQVE

DE

PETRO PARVO ROSÆFONTANO

SCHEDIASMA

UT
DEVOTUM AC GRATUM
MAXIMORUMQUE BENEFICIORUM
MEMOREM ANIMUM
TESTETUR,
D. D. D.
TANTORUM NOMINUM

cultor obseruantissimus,

AUCTOR.



Præfatio.

Pauca omnino sunt, Beneuole Lector, quæ præfari & te monere habeo, ne ad perlegendum hoc, quantumcumque est, Schediasma imparatus prorsus accedas. Primum itaque, cum, piis Majorum institutis obsecuturus thema quoddam dissertatione explicandum meditarer, dubius diu incertusque animi fui, quam potissimum, in tanta rerum varietate pertractandam mihi eligerem materiam. Demum, post unum alterumque mente conceptum argumentum, in historia patria, cujus studio aliquo abhinc tempore initiatus eram, ejusque illa in primis parte, quæ Daniam literatam nobis repræsentat, tenues meas experiri vires mecum constitui. Forte euenit, ut dum doctissimam doctissimi jam b. OLIVARII de PAULO ELIÆ *commentationem*, quam

A

in



in Collegio Walkendorphiano, cujus
 alumnus olim fuerat, primum quidem
 meditari cœpit, anno autem MDCCXLI.
 euulgavit, perlegerem, in paginam
 Schediasmatis istius XXV. inciderem, u-
 bi PETRI PARUI ROSÆFONTANI mentio-
 nem iniici viderem honorificam ipsius-
 que *fata ac facta* digna censerem observa-
 rem, *quæ peculiari commentario illustra-
 rentur.* Vix hæc legeram, cum ani-
 mum mox incesset meum fontes, un-
 de plenior celebratissimi hujus viri hau-
 riri posset notitia, indagandi, Auçto-
 resque, qui de eo quidpiam tradiderunt,
 inuestigandi cupido. Currenti sponte
 calcaria addidit fauor, quo complecti
 institutum hocce meum Viros videbam
 Maximos & Illustres, rerumque patri-
 arum in primis peritissimos, quorum,
 quod consilio, mihi succurrerint, in-
 structissimasque suas Bibliothecas benigni-
 sime aperuerint, sancta semper ac
 grata mihi erit memoria. Monumenta
 igitur, quotquot usui meo inseritura
 haud fallaci spe augurabar, euolui, per-
 legi, excerpfi, excerpta in collectanea
 retuli, e quibus tandem in ordinem re-
 dactis succreuit istud, quod oculos tuos
 jam



jam, mi Lector, subit *de* PETRO PAR-
VO ROSÆFONTANO *Schediasma Historicum*.
Illud autem tantum abest, ut perfectum
plane omnibusque numeris absolutum
vel censeam ipse vel censere te velim,
ut potius ingenue fatear, lacunas varias
magnosque in eo passim inueniri defec-
tus, facile, ut spero, ab æquo lectore
condonandos, ubi considerauerit tum
obscuram vel inclytissimorum istius æui
hominum memoriam, tum raritatem
post fatale illud Hauniense incendium
librorum Danicorum vetustiorum, quo-
rum, plurimos quamuis eosque sane ra-
rissimos mihi suppeditauerint locuple-
tissimæ Fautorum, quos supra me-
morauit, supellectiles librariæ, haud
paucos hucusque desiderauit. Sunt au-
tem hi, ut breuem eorundem designa-
tionem exhibeam, sequentes: CANUTI
BRAMTII *Neniæ*, in quibus pag. 9. teste
MOLLERO *Hypomnemata*. ad ALB. BARTHO-
LIN. p. 385., habetur Epitaphium PETRI
PARUI: *Acolastus GNAPHÆI s. comædia*
de filio prodigo cum scoliis PETRI PARUI
ROSÆFONTANI *Roskildie* 1537. PETRI
PARUI *Bog om Summen paa Skriftens Bø-*
ger Hafn. 1543. JOH. SASERIDIS & PE-
TRI



TRI PARUI *carmina in obitum ANNÆ & BRUCHHOFEN Witteb. 1557. JOH. MATTH. HOINI oratio funebris in obit. CHRISTIANE MORSIANI, cui annexa sunt PET. PARUI Epitaphia in SINNINGIUM & PRÆSTONIUM ibid. 1564.* Hi si libelli mihi post-hac sese obtulerint, inqve iis quædam ad historiam P. PARUI nostri uberius illustrandam facientia offendero, spondeo utiqve ea me vel supplementi loco vel alia quacunqve ratione tecum. L. B. comunicaturum. Ceterum Auctores, per quos profecimus, suo quemqve in Schediasmate loco, ne quid vel assertum vel negatum absqve auctoritate putes, citatos inuenies. Et hæc præfatum esse sufficiat, reliquum est, ut me meumqve hoc opusculum favori commendem Lectorum, quorum erit de eodem iudicium ferre, quod æquum, quod modestum, quod candidum pro humanitate eorundem fore nullus dubito.





§. I.

PETRI PARUI ROSÆFONTANI fata & facta, pro viribus illustraturis primum omnium in natales ipsius inquirendum est. De his vero inter Scriptores non conuenit: nonnullis, (1) recentioribus in primis, ea sedet opinio, ex nobilissima ac illustrissima PARUORUM (DE LITLERS) familia (2) origi-

A 3

rigi-

(1) AUCTORIBUS *Penar. Dan.* (Danske Magazin) Tom. I. p. 349. PONTOPPIDANO *Marmor. Dan.* Tom. I. lib. I. p. 196. OLVARIO *Comentat. Historic. de PAULO ELLIÆ* p. 25, 26. aliis.

(2) De LITLIORUM (a quibus LILLOS distinguit BERTILUS CANUTIUS in prodromo pro nobilitate Danica ostendenda MSS.) gente inclytissima pauca data hac occasione attulisse haud pigebit. Floruisse eandem et in Danis & Noruagis traditur *Penar. Dan.* l. c. Varios inter, qui eam ornaverunt, viros fama ac meritis conspicuos, quales sunt HAMUNDUS LITLÉ, HUITFELD. *Chron. Dan.* Tom. I. p. 355, 356, PAULUS LITLÉ, *ibid.* pag. 394, JOHANNES GOTSKALKI LITLÉ pag. 402, 403, PETRUS NICOLAI LITLÉ p. 437, 438, 439. OTTO LITLÉ apud BERTILUM CANUTIUM,



riginem trahere PETRUM PARUUM: Di-
 uersum plane sentit BERTILUS CANUTIUS,
 iis

TIUM, ACO PARVUS (Aage Litle) *Penar. Dan. Tom. I. p. 140.* TIDMANNUS LITLE TERPAGR. *Rip. Cimbr. lib. I. Sect. I. cap. 8. p. 27, &c. &c.*, primas facile tenet JONAS, siue, (ut dici eum vult celeberr. Jo. GRAMMIUS in notis ad MEURSIUM MEURS. *Histor. Dan. ed. Lamianæ p. 459. E.*) JOANNES LITLE, qui in vico Scanien- si Tommerup domicilium habuisse perhibetur. HVITFELD. l. c. p. 275. Salutarem prorsus ac utilem omnino operam variis in negotiis Patriæ suæ exhibuisse virum hunc vere nobilem constat, anno etenim 1274 concilio Lugdunen- si interfuit Regis ERICI legatus, ubi post longas ambages id tandem in causa Archiepiscopi Lundensis decretum, ut is apud Regem in gratiam receptus impensarum, quas fecisset, nomine argenti marcas 15000 acciperet. Quo facto anno proximo regnum novennali interdicto solutum declarabatur PONTAN. *Histor. Dan. p. 366.* HVITFELD. *Tom. I. pag. 275.* PONTOPPIDAN. *Annal. Eccles. Dan. Tom. I. p. 735.* confer. BERTILI CANUTII *Prodrom. supra citat.* Idem, ni me fallunt omnia, Romam postea eadem fere de causa mittebatur, qua an. 1303. rediit, negotio, quod ipsi erat



iis ut antiquior, ita ævo isti propior
qui in *prodromo pro Nobilitate Danica o-*

A 4

stenden-

erat mandatum, feliciter ac bono Reipu-
blicæ transactio. Rex enim ceteriqve ana-
themate soluti & sacra aris templaqve sa-
cerdotibus reddita. PONTAN. l. c. p. 391.
MEURS. l. c. p. 459. D. Ob hæc in pa-
triam merita variis, quorum HUITFELD.
l. c. p. 319. meminit, beneficiis auctus
atqve ornatus est. Diem supremum o-
bit prid. non. Aug. an. 1306. quem paucis
post mensibus subsecuta uxor Cecilia Es-
seromi sepeliebatur. PONTAN. l. c. p. 397.
HVITFELD. l. c. p. 331. PONTOPPID. Tom.
2. Annal. p. 92. Qvin & affinitate aliis
Nobilium ut KRABBIORUM, BILDIORUM
familiis junctos fuisse LITLIOS reperio; sic
LAURENTIO KRABBE de Ulmenes nuplisse
BIRGITTAM LITLE testatur OLAUS HER-
MANNIDES NEAPOLITANUS in theatro no-
bilitatis Acad. Hauniens. MSS. in Biblioth.
Rostgaardio-Academica n. 121. BENE-
DICTUM BILDE in matrimonio habuisse E-
LISAM JOHANNIS LITLE (ELSE LITLE JONS-
DAATTER) asserit Codex ille MSS. penes
Prænobil, Dnum KLEVENFELDIUM, cu-
jus mox in ipsa Spho. mentio fiet, con-
fer. PONTOPPIDAN. Marmor. Dan. Tom.
I. lib. 2. p. 240. Anno 1581. d. 7 Junii
per Ripas transiisse in Germaniam & Ar-
gento-



stendenda MSS. (3) eundem disertis verbis asserit a CHRISTIANO Illtio. fuisse nobilitatum (4) Pro priori illorum sententia faciunt tum homonymia nominis LITLE & PARUI tum titulus: *Velbyrdig*, quem HENRICO PARUO, qui pro fratre PETRI PARUI vulgo habetur tribuit HVITFELDIUS *Chronic. Dan. Tom. II. p. 1347.* Posteriori hujus, quæ sua haud parum tueri se poterit auctoritate, novum accedit robur e *Codice quodam Genealogico* penes Perillustrem Dn. KLEVENFELDIUM, *ad librum armorum AXE-*

LII

gentoratum cogitasse ERICUM GEORGII LITLE de Joenstrup, Auctor est HEGELUNDIUS (vid. *Collect. historic. e Calendariis* PETRI HEGELUNDII in Bibl. Rostgaardio - Academica n. 156.) in cujus, Epidemia lue An. 1582. mens. August. extincti, obitum Epitaphium Basileæ 1582 in 4 scripsit M. Jacobus Hasebardus Danus, ut ex Alb. Thura Id. histor. literar. Danor. p. 356. edocemur.

(3) Cujus uti & MSSorum aliorum copiam benignissime mihi fecit Perillustris Dn. KLEVENFELDIUS, cui maximas proinde gratias (cum pares referre nequeam) debere me gratissima mente profiteor.

(4) Verba BERTILI CANUTII §. 8. allata videbis.



LII JUEL *descripto*, qui cum BERTILO CANUTIO facit, eandemque, quam ille, fouet sententiam (5) Exhibentur in eodem codice Insignia CHRISTOPHORI PARUI Pastoris Bircherodiani, filii PETRI PARUI, Insignibus LITLIORUM prorsus dissimilia, quæ argumento esse possunt, familiæ horum nec PETRUM nec CHRISTOPHORUM PARUOS accensendos esse, nisi ex BERTILO CANUTIO objicere forte velis, ἀπενοῦν obiisse PETRUM PARVUM, nullumque adeo reliquisse filium CHRISTOPHORI PARUI nomine insignitum. Ex hisce breuiter allatis facile videre est, quam variis inter se sententiis hoc in capite dissideant scriptores. Nostrum autem non est (candide ut rem fateamur)

- tantas componere lites.

Natales proinde PETRI PARUI ambiguos hucusque ac obscuros iis indagandos atque illustrandos relinquimus, qui in antiquitatibus patriæ magis versati iisdem majorem affundere lucem & va-

A 5

lent

(5) Hisce quidem verbis: *it Kaars meden Laurea gaf Kongen PETRO PARUO som schref K. HANSIS Historie, der hanz ham adelet.*



lent & volunt. Insignia interim tum
LITLIORUM tum CHRISTOPHORI PARVI,
munificentia Perillustr. Dn. KLEVENFEL-
DII grato (cum id solum possumus) a-
nimo a nobis compensanda æri incisa
conspectui tuo L. B. in apposita tabula
(6) sistuntur.

§. II.

Editus autem in lucem est PETRUS
PARVUS ROSÆFONTANUS unanimi scrip-
torum consensu in principe olim Daniæ
urbe (7) *Roskildia* (8), unde & lati-
num

(6) Insignia LITLIORUM exhibentur lit. A.
CHRISTOPHORI PARVI autem lit. B.

(7) Roskildiam non ineleganti (iudicio
PONTANI Chorograph. Daniæ Descript.
p. 724.) epigrammate celebravit WILLI-
CHIUS WESTHOVIUS Cimber P. L.; tale
vero istud est.

*Fons Regii cultus (fundaminis anja) Roëque
Rex pariter nomen composuere meum,
Sveno, bifurcatæ Rex a cognomine barba
Notus, jus augens municipale dedit.*

*Templi insigne decus, supremi Antistitis
aram.*

*Quondam, nunc Regum quod monumen-
ta capit,*

*Wilhelmo cæptum fundari præsule, præsul
Perfectum tecti culmine Sveno dedit.*

Post



A



B

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

A

Faint, illegible text in the middle section of the page.

B

Faint, illegible text in the lower section of the page.

Post



num istud Rosæfontani agnomen mu-
tuatus est (9) De anno ejus natali nil
certi

*Post aliis alii me auxere ornatibus am-
plam*

Pontifices, donec plena decore steti.

*Tum Latiae stulto me instante Tyrannidis
æstro,*

Ipsa mei casus tristis origo fui.

Ex me urbes vano defungi discite fastu

Excelsæ sortis vasta ruina comes.

(8) PONTAN. Chorograph. Dan. Descript. p.
783. Extulit Roschildia, cathedralis olim
Selandiæ Præsulis sedes, PETRUM PAR-
VUM cognomento ROSÆFONTANUM & C. RE-
SENIUS in Atlant. Dan. MSS. *Auras vita-
les hic (Roskildia) primum hausit PETRUS
PARVUS ROSÆFONTANUS Eloquentiæ Pro-
fessor Hauniensi in Academia confr. not.
sequ.*

(9) MÖLLERI hypomnem. ad ALB. BARTHO-
LIN. de scriptis Danor. p. 385. L. LIND
Catalog. Bibliothec. Brabæan. pag. 190.
PONTOPPID. Annal Eccles. Dan. Tom. II.
p. 764. & Tom. III. p. 368. Dænische
Bibliothec. Tom. I. p. 121. In præfatio-
ne, quam Hortulo Synonymorum per
HENRICUM FABRUM præmisit PARVUS no-
ster, Roskildensem se ipse appellat,
ea enim ita incipit: PETRUS PARVUS ROE-
SCHELDENSIS non minor bonorum, quam
crudi-



certi constat, nisi quod coniicere liceat, sub finem Sec. XVti. aura vitali frui ipsum cœpisse. De *Parentibus* itidem (tam obscura est virorum istius temporis etiam doctrina insignium proh dolor memoria) nihil vel minimum proditum reperio. *Fratres* ei duos fuisse tradunt, alterum HENRICUM, alterum MATTHIAM PARUOS (IO) Horum prior, Henricus nempe, a MAGNO Episcopo Hammerensi CHRISTIerno Ildo. Regi, tunc temporis incursionem in Noruegiam meditati ideo commendabatur, ut Præposituram Ecclesiæ S. Mariæ Opsloensis nancisceretur (II) Posterior, MAT-

erudite doctorum amator &c. Rœskildensis etiam a RESENIO in Jubilæo Christiano appellatur. Veri simile est, cum de etymologia Roskildæ variant Scriptores (quippe quam a Rege ROE & fontibus alii, alia a Rosa (nobis Rose) & fontibus nomen accepisse opinantur vid. *Notas Stephani* ad SAXON. GRAMMAT. p. 71.) cum iis, qui posterius affirmant, fecisse PETRUM PARUUM.

(IO) vid. *Penar. Dan.* Tom. I. p. 349.

(II) Uti videre licet ex ipsis MAGNI literis, quæ apud HUITFELDIUM Tom. 2. p. 1345.



MATTHIAS puta, quem celeberrimi vi-
ri PETRI PARUI Germanum vocat C. C.
LYSCHANDER (12) variis scriptis in Da-
nicam linguam maxima ex parte trans-
latis, piisque solum usibus consecratis
(13) inclaruit.

§. III.

6, 7. integræ habentur, & Hammeræ
an. 1531. die 20 Julii datæ sunt, in qui-
bus appellatur HENRICUS PARUUS *hans*
Naades tro Tienere og Secretarius. In
fine earundem pro HENRICO his CHRI-
STIERNNO supplicat MAGNUS: *at K. CHRI-*
STIERN vil unde og forunde bannem Kro-
nings Provsterie Mariæ Kirke i Opslo, og
ansæe hans Velbyrdige troe Tieneste. Ce-
leberr. Jo. GRAMMIUS *Tom. 4. Actor. Soc.*
Hauniensi, pag. 289. HENRICUM hunc
inter CHRISTIERNI Idi. in exilio comites
referendum censet. confer. *Penar. Dan.*
l. c.

(12) In libello de Scriptoribus Danicis in
WESTPHALII monumentorum Tom. III.
recuso quem sequuntur RESENIUS in *in-*
dice Bibliothecæ & MOLLERUS in Specileg.
hypomn. p. 36.

(13) Horum nominantur in *Biblioth. Bra-*
bæo-Ottiniana p. 104. LUTHERI *Under-*
visning om de ypperste Lærdoms Houed-
Stykker fordansket af MATTHIA PARUO
ROSÆFONTANO, Kiöbenhavn 1544. in 8.
& pag.



§. III.

Nec ubi primos ætatis annos trans-
egerit PETRUS PARVUS, quoue in loco
operam

& pag. 127. MATTHIÆ PARVI ROSÆFON-
TANI *Bede bog af den bellige Skrift med D.*
P. PALLADII *Fortale* ibid. eod. an. eadem-
que forma. *In Catalog. Bibliothec. Rese-*
nian. adducuntur p. 222. n. III. in 8. UR-
BANI REGII *Sælens Lægedom fordansket*
ved MATTHIAM PARVUM ROSÆFONTANUM
Hafn. 1544. Ejusd. BEDEDAG ibid. eod.
anno. Præterea MATTHIÆ PARVO tri-
buunt ALB. BARTHOLIN. & CLAUDIUS LY-
SCHANDER locis citat. *Catechismum PETRI*
PALLADII pro Ecclesiis Noruegicis Hafn.
1546. Ex hisce jam citatis MATTHIÆ
scriptis oculis meis usurpavi URBANI RE-
GII *medicinam animæ Danice versam*, quæ
in Bibliothec. HELMSTIERNIANA, unde
nobis euoluenda benignissime commu-
nicata fuit, asseruatur. Dicauit suam
hanc versionem MATTHIAS PARVUS Do-
minæ ELINÆ (Frue ELINE de Skiöring in
Falstria, Viduæ Dn. HENRICI GIÖE. In-
cipit hæc Dedicatio ita: *Erlig og Velbyr-*
dig Frue icke aleniste aff edel Slæct, men
meget meer af Gudfryctighed, Æve og
Dygd, Frue ELINE til Skiöring i Falster
Streng Ridders Her HENRICH GIÖIES Eff-
terleuerske, sin gunstige Frue Naade og
Frid



operam studiis nauauerit, pro certo dici potest, nisi credere velimus, prima eum studiorum in exteris post oris absoluendorum fundamenta Roskildæ, ubi natus erat, jecisse, quamuis, ipsi fidem si habeas, *in teneriuscula etate* (quod aliorum etiam id temporis virorum *grauissimorum* / *modestissimorumque* infortunium fuit) *tersioribus imbutus disciplinis* non fuerit (14). Peregre (quo anno

Frid aff Gud &c. ita vero finit: *Screffuit i Kiöbenhaffn den förste Friedag effter Nytaars dag 1544. E. Ædelhed villige oc troe Tiæner* MATTHIAS PARUUS. Videt & librum precationum MATTHIÆ PARUI, qui hunc gerit titulum; *Een ræt Bedebog aff den bellige Scrifft gamle oc ny Testamente, met den rætte Passional wdi huilcken klarlige findis oc beuises alt det som Menniskene er nytteligt til Siælens Salighed, flytelige offuerseet oc corrigeret, Kiöbmenhaffn. M. D. XL. IIII.*

(14) Vid. Epist. PETRI PARUI Hortulo Synonymorum præfixam, ubi ad HENRICUM FABRUM sic verba facit: *licet ipse non tua non præceptorum etiam, sed temporis culpa & nobis aduersæ, sortis incuria (quod idem & mihi aliisque ante me nostræ patriæ multis alioqui grauissimis & mode*



anno incertum) profectus varias Germanorum lustravit Academias, *Rostochiensem*, apud quam inter HENRICUM FABRUM ELTZEBOGENSEM, PETRUMQUE PARUUM *familiaris consuetudo & fida inita est societas* (15) *Wittebergensem*. quam reliquisse nostrum anno MDXIX. alii, (16) alii, qui & plures numero sunt anno MDXX. (17) referunt. Sed in patria

modestissimis) viris pro dolor infeliciter cessit) non fueris in teneriuscula etate tersioribus (quas jam probe calles) disciplinis imbutus &c.

(15) Vid. Epist. citat. cujus sub initium ita loquitur PETRUS PARUUS: Post initam inter nos primum apud Rostochium familiarem consuetudinem, fidamque societatem &c.

(16) PONTOPPID. *Annal. Eccles. Dan. Tom. II. p. 338. & 764. RESEN. Jubil. Christian. OLIUARIUS in vita PAULI ELIÆ p. 24. 25.*

(17) MÖLLER *Hypomnemata. ad ALB. BARTHOLIN. p. 385. LIND. Catalog. Biblioth. Brahean. p. 190. A. HÖYERNS Danmarckische Geschichte p. 148. VINDING. Acad. Hauniens. pag. 69. C. ASLAC. orat. de religionis reformat. in Chronolog. LINTRUP. Autoschediasma Epistol. LOEMMELII vitæ Bugen-*



tria illum jam anno MDXIX. & in ipsa quidem Daniæ Metropoli sub finem anni degisse luculenter satis comprobatur elegantissima, quam Hortulo Synonymorum per HENRICUM FABRUM ELTZEBOGENSEM præfixit, Epistola, utpote quæ Hafniæ data est ad nonas Decembres Anno post virgineum puerperium undeuigesimo ultra sesquimillesimum. (18) Renascebatur, tum quum peregrinaretur noster, in Saxonia Evangelii lux per LUTHERUM splendori suo restituta, cujus ita radios mentem illius illustrasse verisimile est, ut ex iisdem istis initiis permotus heic commendavit HENRICO FABRO ELNBOGENSI hunc eundem MARTINUM LUTHERIUM, ut Theosophicæ veritatis nobilitate insignem Doctorem, sed

B præ-

Bugenhagiana subjunctum pag. 100. PETRUS PARVUS ROSÆFONTANUS, inquit B. LINTRUPIUS, quem in Leucoreo LUTHERI roseto conceperat fragrantissimum Evangelii odorem domi inter primos spargere, ac obturatos a Philistæis Romanensibus Israelis fontes patriæ sitienti jam Anno MDXX. aperire conatus; MUHLIUM de reformat. religionis in Cimbr. p. 24, 25.

(18) vid. præfat. citat.



præmissa tamen mentione sui doctissimi
 MELANCHTHONIS (19) qua de LUTHERO
 & fidelissimo LUTHERI Parastata ME-
 LANCTONE (20) honorifica mentione
 animum doctrinæ eorundem ministerio
 re

(19) Verba sunt RESEN. in *Jubileo Chri-
 stian.*

(20) Quos tamen hucusque coram non vi-
 derat nec audiuerat, sed ex libris modo
 & HENRICI FABRI laudisona pariter ac
 vera prædicatione nouerat, ita enim in
Epistol. sæpiss. citat. ea de re: Efficiamque
medius fidius, si quocunque pacto fieri po-
terit, ut eundem ipsum (HERMANNUM sc.
TULICHIMUM, quem in prioribus jucundis-
simum suum amicum appellauerat) & eru-
ditissimum PETRUM MOSELLANUM, doctis-
simumque PHILIPPUM MELANCHTHONEM,
MARTINUM LUTHERIUM theosophicæ veri-
tatis nobilitate insignem doctorem, ceteros-
que apud Vittenbergam trilingui eruditi-
one multo clarissimam & alibi terrarum
purissimo eloquentiæ & sapientiæ fonte ma-
nantes nostræ tempestatis professores ali-
quot egregios, quos utcunque ex libris &
tua pariter laudisona & eadem vera præ-
dicatione noueram, coram quoque videam,
eosque ipsos, si fata sinant, aliquando au-
diam sua verba resonantes.



repurgatæ addictissimum prodidisse mihi videtur, id quod conijcere nos jubet, vero ea esse consentanea, quæ de eo produnt RESENIUS, ASLACUS, VINDINGIUS, MOLLERUS, LINDIUS, HOLBERGIUS, PONTOPPIDANUS, OLIVARIUS, ceteri, *semina sc. doctrine Lutheranae eum sparsisse*, (21) *cum M. MARTINO* (22) *a CHRISTIerno Ildo. in Daniam e Saxonia euocato fecisse* (23) *quid? quod cum PAULO ELIÆ in opere reformationis desudasse, primis itaque sanioris doctrine*

B 2

in

(21) ASLAC. l. c. VINDING. l. c. MOLLER. l. c. LIND. l. c. LINTRUP. l. c. MUHLIUS. l. c. HOLBERGIUS in *Descriptione Daniæ & Noruegiæ* edit. prim. p. 109.

(22) De MARTINO hoc vid. HVITFELD. *Chronic. Dan.* Tom. II. p. 1152. SUANING. *histor.* CHRISTIANI Ildi. p. 151, 2, 3. & *seqq.* MEURS. *histor. Dan. ed. Lamian.* p. 746. MUHLIUM l. c. p. 24. alios.

(23) RESEN. *Jubil. Christian. cum illo* (MARTINO) *fecit* M. P. PETRUS PARVUS ROSÆFONTANUS, *Wittenberga rediens, ut sic confirmavit animos complurium simul.* OLIVAR. *de vita & scriptis PAULI ELIÆ* p. 24. 25.



in Dania restauratoribus jure meritoque annumerandum esse. (24)

§. IV.

Incidit in annum MDXXIII. mira illa rerum in Dania catastrophe, ut Regno cederet potentissimus Septentri-
onis Monarcha CHRISTIERNUS Ildus (25)
Bel-

(24) RAUPACH de *præsenti rei sacræ & literariæ statu in Dania* p. 10. MOLLER. *Cimbr. literat. Tom. III. p. 96. §. 20. in vita* BUGENHAGII.

(25) Videantur ea de re, quotquot res gestas CHRISTIERNI Ildi. consignarunt, HUITFELD. ad h. annum PONTAN. *Histor. Dan. P. II. in Tom. II. Monumentorum WESTPHALII excuso* p. 1068. SUANING. *histor. CHRISTIANI Ildi.* p. 450-62. MEURS. *Hist. Dan. ex edit. Lamiana* p. 784. & *sqq.* aliique plures; juvat apponere quæ de CHRISTIERNO ejusque e Dania expulsionione fatur LEODIUS *Anal. lib. XI. de vita FRIDERICI PALATINI* p. 210, II. *Mortuo Rege JOHANNE, & CHRISTIERNO rerumposito, irrequieta Daniæ Nobilitas, quemadmodum cum Rege ERICO & ejus Prædecessore egerant, eadem contra Christiernum intentare & moliri inceperant. Et nihil Regia potestate facere Regem, sed tanquam*
man-



Belgiumqve profugus peteret, reditu-
rus haud ita multis annis post in Nor-
uegiam ut caperetur, captus verò vincu-
lis non nisi morte finiendis manciparetur,
ut pluribus videre est apud rerum
Danicarum Scriptores. Aufugientem
regno Regem haud defuere, qui amo-
re & pietate inducti in exilium profe-
qui & commune cum ipso fatum ferre

B 3

decre-

*mancipium illorum omnia administrare vo-
lebant. Pauperes incolas tanta premebant
servitute, ut non pecus vendere, non quid
quam distrabere sed Nobili afferre cogeren-
tur. Ille quantum volebat & dabat, utpo-
te pro Bove duorum Aureorum, vix tres
grossos Saxonicos, impune occidendi & per-
cutiendi quemuis sibi liberum esse assevera-
bant. Hanc & similem tyrannidem Nobil-
itatis ferre nolens Nobilissimus Rex tan-
tam sibi conflavit invidiam, ut illi conspi-
ratione facta cum Ecclesiasticis ad arma in-
surrexerint, & inde in Regem impetum
facere sint conati: Ille in tanta rerum per-
turbatione incertus quid ageret, decrevit
illorum furori ad tempus cedere, & cum
conjuge & liberis conscensa nauis, in Hol-
landiam & Brabantiam concessit. Hacte-
nus LEODIUS.*



decreuerunt (26) Horum in numero referri potest ac debet HENRICUS ille PARUUS, de quo jam supra pauca diximus (27) cui & jungendum esse PETRUM PARUUM scriptorum, quos modo citauimus, potior pars (28) afferit, assertionem quamuis suam debili admodum ac fragili forsitan superstruat argumento. (29) Quin & ea quorundam (30)

(26) In his sunt VESALIUS, *Archiepiscopus Lundensis*, JOH. MICHAELIDES, CHRISTIERNUS VINTER, M. JOHANNES MÖENBOE, CHRISTIERNUS PETRI, PAULUS KIEMPE, SEVERINUS NORBYE &c. de quibus videatur HVITFELD. conferantur quoque *annotationes Celeberr.* Jo. GRAMMII de Comitibus CHRISTIERNI Ildi. in exilio in *Tom. IV. Act. Soc. Hauniensis.* De VESALIO in specie videatur MEURS. *hist. Dan. ed. ultim.* pag. 913. 914.

(27) vid. not. n. II.

(28) MOLLER. l. c. LIND. l. c. PONTOPP. l. c. A. HÖYER. l. c. VINDING. l. c.

(29) Iis sc. verbis, quæ in principio *Refutationis calumniar.* JOH. MAGNI, PETRO PARUO ROSÆFONTANO una cum *subsequenti Chronico* R. JOHANNIS vulgo sed falso attributæ reperiuntur, & fol. quidem



(30) est opinio, versionem istam Noui
testamenti, quæ auspiciis CHRISTIERNI
B 4 Regis

Aa, ubi hæc legimus: CHRISTIERNUS
SECUNDUS posteaquam in Germania exu-
lans in familiam suam me ascripsisset, at-
que contra scripta Suecorum, passim tum
diuulgata, quibus eum grauissime diffama-
rant, me ut scriberem adhortatus esset, li-
berum in suum archivum mihi aditum fecit,
ut inde ad arbitrium meum codicillos, li-
teras obligatorias & item alia documenta
ei negotio accommoda depromerem.

(30) AUCTORUM nempe *Biblioth. Danicæ*,
qui Tom. I. p. 120. de Testamento JOH.
MICHAELIDIS ita: *Es ist solches auf Befehl
des Königs Christiern des Andern zu Ant-
werpen übersetzt worden, und es haben,
wie man aus der dritten Vorrede des ersten
Theils sehen kan, unterschiedene an der U-
bersetzung der 4 Evangelisten und der A-
postel-Geschichte gearbeitet, so wenig es
aber bisher ausgemacht ist, welche diese
namentlich gewesen sind, und ob PETRUS
PARVUS oder LILLE, der von seiner Ge-
burths-Stadt Rothchildt ROSEFONTANUS
genannt worden ist, und D. CHRISTEN
TERKELSEN MORSING etwas hiez zu beyge-
tragen haben, so gewis ist es, das HANS
MICHELSEN insonderheit den andern Theil
nem-*



Regis An. MDXXIV. Lipsiæ prodiit (31) saltem priorem ejus partem, PARVO nostro, qui, si vera conjiciant isti, eximium pietatis in Deum & in patriam amoris specimen pio suo hoc studio exhibuisse merito dicendus est, non minus quam aliis ejusdem operis sociis deberi.

§. V.

nemlich die Apostolischen Schriften übersetzt habe, wie er sich denn in der Vorrede des andern Theils selbst ausdrücklich nennet.

(31) Testamenti hæc Noui versio integrum hunc gerit titulum: *Thette er thz Noye Testamenth paa Dansk ret effter Latinen udsatte MDXXIV.* Vocatur vulgo HANS MICKELSÖNS Testamente eò quod interpretis unius forte primarii partibus functus fuerit JOHANNES iste MICHAELIDES fidissimus CHRISTIERNI Idi. in exilio comes. Diuiditur in duas Partes, priori tres præfiguntur præfationes, posteriori vero una tantum, eaqve illa est, contra quam scripsit PAULUS ELIÆ. Ceterum de testamento hoc consulantur oportet *Bibliothec. Danica Tom. I. p. 120-137. OLIVAR. de PAULO ELIÆ §§. II, 12. pag. 65-92.* Usibus nostris inseruiit nitidum in *Biblioth. Klevenfeldiana* exemplum.



§. V.

Quicquid fit, utrum CHRISTIERNUM in exilium comitatus fuerit nec ne, id certo certius est, PETRUM PARVUM post illum suum in patriam reditum (de quo supra §. III. egimus) domi non semper remansisse, sed in exteros haud ita multis annis post rursus abiisse eum maxime in finem, ut LUTHERUM & MELANCHTHONEM, quos jam ante in *praefatione Hortuli Synonymorum coram se quandoque visurum* obstrinxerat (32), *sua verba resonantes* audiret, & eruditioni suæ, jamjam minime vulgari, novum sic robur compararet. Patet id *ex praefat. Nostri ad Acolastum GNAPHÆI*, in qua utrumque Præceptorem suum nominat, utriusque etiam laudabilem omnino mentionem his verbis iniicit: (33) MARTINUS LUTHERUS & PHILIPPUS MELANCHTHON *duo sunt fulmina demolendorum excelsorum & lucrorum (lucorum)*

B 5

rum)

(32) vid. not. n. (20)

(33) Ex VINDINGIO. citatis, cum *Acolastum GNAPHÆI* ex editione sc. PETRI PARVI ROSKILD. 1537. nunquam viderim magno forte cum hujus mei Schediasmatis damno.



rum) quæ propemodum totum Christianis-
 mum occuparunt. Debeo enim ipsis pa-
 tribus D. præceptoribus meis summam re-
 verentiam omnibusque aliis quorum ope &
 opera ad aliquam futuræ eruditionis spem
 qualicumque modo sum incitatus atque in-
 flammatus. Wittebergæ autem, ubi
 procul dubio Magistri titulo (34) or-
 natus fuit atque decoratus, studiis iâ
 profecit, ut facile bonis omnibus sese
 probaret, in his HERMANNO SCHELIO,
 nobili e Dania juueni, ibidem etiam
 tunc temporis operam studiis impenden-
 ti, qui in literis (35) ad ANDREAM
 BIL-

(34) Quem ipsi tribuunt RESEN. *Jubil. Chri-
 stian. ASLAC. Orat. in Chronolog. VINDIN-
 GIUS Acad. Haun. MOLLER. hypomnem. l.
 c. alii.*

(35) Literas has integras ad finem Dissertat. nostræ videbis. Quo anno datæ sint, haud facile dictu est, cum nullam omnino (quod dolendum) anni, mensis v. diei mentionem faciant, si tamen conicere liceat circa annum MDXXXVI. eas scriptas esse, verisimile puto. Seruat instructissima KLEVENFELDII Bibliotheca inter rariora alia MSS. literas JOH. BERNHARDI von VELKYRK Magistri, datas Witteberg.



BILDIIUM, Equitem & Præfidem Stegen-
sem,

teberg. Vesp. S. Sebastiani an. MDXXXIII.
ad hunc eundem ANDREAM BILDE, e qui-
bus edocemur, eundem illum FRANCIS-
CUM ANDRÆ filium, quem memorant
literæ SKELII, cujus jam hospitio uteba-
tur, disciplinæ JOH. BERNHARDI v. VEL-
KYRK tunc temporis concreditum fuisse,
istæ verò literæ ita incipiunt: *Meine mil-
lige dienste Ernubester gestrenger Herr,
Seintmbal mir E. G. son FRANCISCUS in
die tzucht und lar beuolen ist, habe ich
nit wollen unterlassen E. G. tzu schreiben,
wie ebr sie halte, auff das E. G. ein gewisse
kundschaft habe vom mir als von seinem
Preceptor. Derhalben füge ich E. G. tzu
wissen, das ich FRANCISCUM seint Pfings-
tag bei mir tzu tish und lar gehabt &c. &c.*
inscriptio literarum hæc: *Den gestrengen
Ernubestenen Herrn ANDREAS BILDE,
Herren tzu Stege, Ritter und seinem gros-
gunstigen Herrn. HERMANNUM SKEE-
LIUM quod attinet, idem forte cum illo
est, qui ad an. MDXLIX. Quæstor fuis-
se, anno vero MDLV. obiisse fertur. V.
KLEVENFELDI *Opus Genealogicum.* Mi-
nime prætereundum puto, ANTONIUM
CORVINUM huic nostro SKEELIO, in exte-
ris adhuc degenti, *Expositionem suam
Decalogi, Symboli Apostolici, Sacramen-
torum**



sem, indidem datis (36) eximiis PE-
TRUM PARVUM in cœlum laudibus effert,
interqve alia hæc de eo profert: *Kiære
Her Andhers, var her i Vitenberg en
ghoedt lerdt Mandt, ja jen saa lerdt en
Mandt, som haffuer veritt i langth udt i
Dannemarck, som hiedher M. PETRUS
PARVUS, huilcken ther er nw vanmeret
neer i Dannemarck, oc vylle bliffwe hof
vor niödyste Herre Konnyng, om han
kan fonghe at holle segh udt aff, som slig
jen*

*torum & Dominicæ precationis, ad cap-
tum puerilem in Dialogos redactam, Witteb.
1537. in 8. impressam dicasse. Dedicatio
hæc Marpurgi scripta IVta post Latare,
ex qua apparet, HERMANNUM SKEELIUM,
Discipulum & conuictorem CORVINI tum
fuisse, ita incipit: Nobilibus & optimæ
spei iuuenibus, HERMANNO SCELO, DA-
NO, PAULO BLEICHENRODO, GOTHANO
&c. Discipulis & conuictoribus suis charis-
simis ANTONIUS CORVINUS gratiam & pa-
cem optat.*

(36) Quarum copiam perquam benignam
mihi fecit Vir omni nostra laude major
Perillustris Dnus LANGEBECHIUS, cui,
quod hac aliisque symbolis Schediasma
hoc meum ornare voluerit, maximas,
quas possum gratias ago, majores debeo.



jen lærdt Mandt bør atb haffwe &c. &c.
Quo anno hæc in Daniam reditio PETRI PARVI, quam literæ memorant, contigerit, haud facile dixeris, id indubium est, in patria jam egisse an. MDXXXVII. (37) utpote quo *Acolastum GNAPHÆI cum Scholiis* edidit Roskildix, ubi & *versionem Postillorum ANTONII CORVINI* typis euulgari duorum annorum elapso interuallo curavit, haud multo post in ordinem Professorum Academiae restauratae Hauniensis cooptatus.

§. VI.

Hunc autem honoris & dignitatis gradum ascendisse P. PARVUM anno primum MDLII. (38) gratis (ut ego quidem puto) asserunt MOLLERUS nec non LINDIUS. (39) Mihi certe ea sedet opinio,

(37) Quæ vero de PARVI *colloquio Brunsvicensi* an. MDXXXVIII. cum MATTHIA LUPO ex Chronico ipso Rosæfontani fol. Q. 4. affert E. PONTOPP. *Gest. & Vestig. Danor.* Tom. III. p. 29, JOH. SUANINGIO potius vero Auctori libri, quam P. PARVO conuenire puto.

(38) MOLLER *hypomnem. ad ALB. BARTH. de scriptis Danorum* p. 385.

(39) LIND. *Catalog. Biblioth. Brabæan.* pag. 190.



nio, istud Rhëtoricam docendi munus sub ipsa restitutæ Academiæ initia ipsi fuisse demandatum. CASP BARTHOLINUS (40) & qui eum sequitur PONTANUS (41) in *Catalog. Professorum Regiæ Acad. Hauniensis* ab an. MDXXXIX., quo exiit fundatio Academiæ, ad an. usque MDCXIX. primum illi inter Rhëtoricos locum assignant. Professore eum ad minimum an. MDXLIV. fuisse, satis superque probari potest ex *Cista Medica* (42) TH. BARTHOLINI Loc. 8. p. 77,

(40) *Oratio de ortu & progressu Regiæ Acad. Hauniens.*

(41) *Chorograph. Dan. Descript.* p. 791.

(42) *Anno Domini 1544.* (sic jacent verba l. c.) *vicefima quartâ Septembris ex mandato Regiæ Majestatis inter Universitatem ab una parte & Venerandum Virum Doctorem CORNELIUM (HAMSFORT.) Regiæ majestatis physicum primarium ab altera parte conuentum est, ut domus Universitatis quam prædictus D. CORNELIUS inhabitat, libere cedat illi ad dies vitæ suæ &c. &c. Acta & transacta hæc presentibus viris D. MACCHABEO Universitatis Rectore, D. CHRISTIERNO Medico, Dno. JOANNE MEYERO Pastore Reynbergensi,*
M.



77, 78. ubi, *presentibus* D. MACCHABÆO
Universitatis Rectore, D. CHRISTIerno
Medico, M. PETRO PARVO *Scholæ Hauni-*
ensis lectore ordinario, aliisque, *inter U-*
niversitatem & D. CORNELIUM HAMS-
FORDT *de domo Universitatis a Cornelio*
inhabitata an. MDXLIV. d. XXIV. Sep-
tembr. *conuentum esse legimus*; (43) pri-
oriquæ jam anno MDXLIII. *translata a*
se e sermone Gallico in Danicum Summa-
ria librorum biblicorum Hafniæ in forma,
quam octauam vocant, ediderat. Quid
vero in Academia memoratu dignum
gesserit PETRUS PARVUS vel dispu-
tando vel prælegendo vel alia denique
sui ordinis munia obeundo id merito ig-
notum prorsus nobis esse deploramus;
unum

M. OLAO CHRISOSTOMO *Pastore Haunien-*
si, M. PETRO PARVO *Scholæ Hauniensis*
Lectore ordinario.

(43) PETRUM PARVUM ROSÆFONTANUM an.
MDXLIII. *Professorem Rhetorices in A-*
cadem. Hafniensi fuisse, apparet ex or-
dine *Disputationum* an. MDXLIII. con-
scripto in *Excerptis quibusdam Actor. A-*
cademicor. penes Eminentiss. Dnum. HAR-
BOE, ubi *Rhetoricus nominatur* M. PE-
TRUS.



unum illud nos edocet Vindingius (44) Decanum eum fuisse facultatis philosophicæ an. MDLII. duosque creauisse Magistros. Anno MDLVIII. d. XXVII. Augusti suum suffragii calculum addidit P. PARVUS propria manu subscriptum communi omnium professorum consensui, secundum quem D. NICOLAO HEMMINGIO domus concessa est, quam inhabitauit D. JOH. MACCHA-BÆUS. Facta est HEMMINGIO pollicitatio pro ædium restauratione ad quadraginta thalerorum summam, cujus dimidium mox erogandum, altera vero medietas anno sequenti, teste MSto. penes Eminentiss. Dnum. EP. HARBOE.

§. VII.

Obiit an. MDLVII. peste animique mœrore confectus (MOLLER. *Spicileg. hypomnemat.* pag. 26.) JOANNES SINNINGIUS Professor Hauniensis inclytissimus, cui Collegæ & amico Epitaphium posuit PETRUS PARVUS, qui eadem quoque ratione memoriam M. GEORGII PRÆSTONII Musici & cantoris regii celebrauit.

(45)

(44) VINDING. *Acad. Hauniens.* p. 69. confer. ALB. THURA *id. histor. liter. Danorum* P. I. cap. 6. p. 129.



(45) Nec iis humanitatis aut amicitiae officii sequiori sexui deesse voluit, carmina quippe in obitum ANNÆ a BRUCHHOFEN, HENRICI, concionatoris in aula Regis Daniæ, sororis, una cum JOH. SASCERIDE pepigisse videre est ex *Catalog. Biblioth. Resen.* p. 301. n. 24. Quod vero aliis fecerat PARVUS, id PARVO fecit CANUTUS BRAMTIUS, (46) qui, teste MOLLERO in *hypomnem. ad ALB. BARTHOLIN.* pag. 385. Epitaphium ipsi *Nenias* pag. 9. insertum scripsit. Excessit autem e vita, ex communi Scriptorum suffragio (47) anno MDLIX. & mense
C qui-

-
- (45) *Annexa sunt hæc PETRI PARVI ROSÆ-FONTANI Epitaphia in memoriam D. JOANNIS SINNINGII & in mortem M. GEORGII PRÆSTONII Musici & cantoris Regii JOH. MATTIÆ HOINI Orationi funebri in obit. CHRISTIERNI MORSIANI Witteb. 1564. excusæ vid. Biblioth. Resen. p. 254. n. 28.*
- (46) De CANUTO hoc BRAMTIO videantur MOLLER. *Cimbr. literat. Tom. I.* pag. 64. *Dänische Bibliothec. Tom. IV.* pag. 253. *Nenias* ipsius non vidi.
- (47) ASLAC. in *Chronolog. Orat. subjuncta* CASP. BARTHOLIN l. c. PONTAN. l. c. MOLLER. l. c. LIND. l. c. PONTOPP. l. c. Solus est



quidem Augusto, AURIFABRO *ei in professione succedente.* (48)

§. VIII.

Quæ de PARUO dicenda restant, pauca sunt. Poëtam laureatum eum fuisse ex ASLACO (49) certum est; minus autem recte a MOLLERO *Poëta laureatus Cæsareus* (P. L. C.) nominatur, cum potius *Poëta laureatus Danico-Regius* dicendus sit, quippe quem *propter mediocrem in carmen inclinationem laurea donatum a CHRISTIANO Illtio.* expressis verbis memorat BERTILUS CANUTIUS. (50) Cum BERTILO CANUTIO
facit

est VINDINGIUS, qui l. c. de anno ejus e-
mortalitatem dubitat; *Obiisse scribitur* (ver-
ba sunt VINDINGII) *an. 1559., sed scripta,*
quorum memini, eum an. 1560. vixisse ar-
guunt. At dubium hoc VINDINGII lubri-
co admodum, ut mox videbimus, inni-
titur fundamento.

(48) VINDING. l. c.

(49) In *Chronolog. Orationi subjuncta.*

(50) Verba BERTILI CANUTII in *prodromo pro Nobilitate Danica ostendenda* Mss. hæc sunt: *Om PETRO PARUO at importere skal vere af CHRISTIANO Illtio. propter medio-*
crem



facit JOH. GEORGIUS SADOLINUS VIBERGIUS, qui in encomiastico quodam carmine, quod *Laudem P. PARVI ROSÆ-FONTANI* inscripsit, quodque in *Fasciculo* ipsius *Apollinari* (51) habetur, hos ea de re fundit versus:

Cum Daniæ clarissimus
Rex CHRISTIANUS TERTIUS
Tuum Poëma cerneret,
O PARVE, Vates maxime:
Sedens amœnam lauream
Depinxit ad frontem tuæ
Musæ: supraque lauream
Fixit coronam Regiam.

C 2

Pictu-

crem in carmen inclinationem beadlet. Faaet et Kaars og en Lauream til Vaaben; men ingen efterladt, der Stammen kunde propagere, esse adeoque vix incepta gloria defunctum. Cæterum Poëticum ejus ingenium satis superque probant tum citata illa in obit. Virg. ANNÆ a BRUCHHOFEN carmina tum afferenda mox elegantissima ejus Hortulo Synonymorum præfixa epigrammata.

(51) Fol. E. 4. Qui *fasciculus J. G. SADOLINI* una cum *Epithalamio* ejusd. *in honorem nuptiarum D. JOANNIS FRANCISCI RIPENSIS D. Medicinæ & Mariæ filia V. C. LAURENTII OLAI BAGII* scripto Witteb. 1566, typis excusus est.



*Pictura quid talis sibi
Vult? quid bonus Rex hic docet
Siguis? minores, credite
Pictura rebus conuenit.*

PARVI *Camæna lauream
Meretur: & Regis decus
Est vatibus præstantibus
Adferre dona Regia.*

*I nunc, sacros Vates cole
Quos Rex colit doctissimus:
Mirare Musas candidas
Regem docent quæ pingere.*

Cælibem non vixisse PARVUM nostrum palam est ex *Excerptis quibusdam Act. Academicor.* penes Dom. LANGE-
BECHUM, ubi nominatam video *Viduam*
P. PARVI ROSÆFONTANI. (52) *Impro-*
lem tamen obiisse tradit sæpissime cita-
tus

(52) Anno MDLXI. d. XV. April. (sic lo-
quuntur *Excerpta ista*) *Ex propositione Re-*
ctoris de habitatione prospicienda Viduæ
M. PETRI PARVI ROSÆFONTANI, *luculen-*
tum est, moris fuisse tunc in Academia, ut
Viduæ, quæ habitationibus Academicis
contentæ non erant, acciperent pro loca-
tione 6 taleros. confer PONTOPPIDAN. An-
nal. Tom. III. p. 380.



tus BERTILUS CANUTIUS (53) a quo dis-
fident tum VINDINGIUS, (54) qui ipsi
filium tribuit CHRISTOPHORUM anno
MDLXXXI. d. VII Nouembr. *Philoso-
phiae Baccalaureum a Decano M. PETRO
HAGGÆO creatum*, tum RESENIUS (55)
qui CHRISTOPHORUM hunc *Ecclesie Bir-
cherodianaë in Siællandia Pastorem* fuisse
contendit. *Klevenfeldianus* ille quem supra
§. I. citauimus *Codex MSS.*, præter CHRI-
STOPHORUM, cuius Epitaphium exhibet
(56) alium quoq; filium nomine SAXONEM
LITLE, *in primo flore exstinctum*, PAR-
vo adscribit. Cum eo sensit, quicun-
que demum fuerit, qui in *nota margi-
nali* ad vitam P. PARVI ROSÆFONTANI
in *exemplo* Academiae Hauniensis VIN-
DINGII LANGEBECHIANO ex *Genealog.
Vet. MSS.* hæc adscripsit: *Filius ejus SA-
XO PARVUS mortuus in adolescentia.* Exi-
gua statura fuisse PETRUM PARVUM, no-
miniqve suo adeo respondisse facile cre-
diderim, cum ita de eo CANUTUS

C 3

BRAM-

(53) vit. not. n. 50.

(54) *Acad. Havn.* p. citat.

(55) vid. *Biblioth. Resen. in addendis & cor-
rigendis in indice tertio.*

(56) Epitaphium istud huc apponere haud



BRAMTIUS in *Epitaph.* supra memorato
(57) verba faciat:

Artu-

incongruum fore putauimus, tale vero
illud est:

In Cippo CHRISTOPHORI PARVI Sacerdo-
tis Bircherodiam.

CHRISTOPHORUS PARVUS *tegitur sub mole*
potenti

Qui sacræ huic ædi fidus erat Dominus.
Sacræ docens puræ doctrinæ Præco fidelis.

Quæ splendet nati sanguine sola Dei.
Nobilis ipse fuit quum sanguine tum pro-
bitate

Nobilis & vera religione magis.
Cujus Sydereæ mens quæ requiescit in aula
Lætitiæ fruitur, fama manet celebris.

INGERA *huic conjunx quæ tanto ardebat a-*
more

Conjugis ut peteret contegi in hoc tumulo.
Sic lapis unus habet duo corpora cor tamen
unum

Talia sunt sancti fœdera conjugii.

Affert idem codex *inscriptionem hanc in*
cantharo argenteo:

Post obitum Matris Uxorisque CHRISTO-
PHORUS PARVUS cum conjugæ CATHARINA
RECARDI Filia dederunt hoc poculum Ec-
clesiæ S. NICOLAI in Bircherod. Anno
MDCVI.

(57) Teste MOLLERO *Hypomnemat.* p. cit.



*Artubus angustis erat & quoque nomi-
ne Paruus,
Arte fuit magnus, magnus & inge-
nio.*

*Vir elegantis ingenii audit PONTANO Cho-
rograph. Dan. Descript. p. 783. ERAS-
MUS MICHAELIUS LÆTUS (58) Maro
Danicus his nostrum celebratum voluit:*

*Quin sua jam late PETRUM gratissima
PARVUM*

*Fama tulit, præstantem equidem virtu-
te animoque &*

*Nobilitate virum, cui multus pectora
candor*

*Imbuit, ac niveo linguam sale Gratia
spargit.*

*Nec in laudibus ejus deprædicandis re-
missior fuit JOH. GEORGIUS VIBERGIUS,
qui præter illam, quam jamjam attuli-
mus, laudem P. PARVI encomio tali in
Elegidiis ejus reperiendo eum ornauit:*

*Ingenium, pietas, charites, facundia,
virtus,*

*Omnia prænduntur nomine, PARVE,
tuo.*

*Magnus es arte tua, sed cur es nomi-
ne Paruus:*

C 4

Mag-



Magnus in arte sua non bene Parvus erit.

Collectaneis hisce nostris finem denique ea imponant, quæ de PARVO tradit P. SEPTIMIUS *Proverb. P. II. p. 198. Vor berömte* PETRUS PARVUS *vilde ei hede Doctor men Doctorabilis.*

§. IX.

Reliquum est, ut scriptorum nostri aliqualem pro viribus suppeditemus notitiam, ea vero hæc sunt:

(I.) *Epistola* ad HENRICUM FABRUM ELTZEBOGENSEM hujus *Hortulo Synonymorum* Hafniæ MDXX. impresso præmissa. Ejus initium hoc est: PETRUS PARVUS ROESCHELDENSIS *non minor bonorum, quam erudite doctorum amator: politioris doctrinæ studiosorum minimus: acerrimo incultæ literaturæ apud nostrates oppugnatori: HENRICO FABRO ELTZEBOGENSI: suo fratri confæderato plurimum amando S. P. D. Hæc vero clausula: Raptim Hassniæ: quæ sine contraversia princeps est omnium totius regni Daniæ oppidorum. Ad nonas Decembres Anno post virgineum puerperium Undeuigesimo Ultra sesquimillesimum.* Epistolam in ipso titulo
Hor.



*En sumus exemplo nescia turba tibi:
Sed tu plaude puer, patria est cui da-
nica tellus*

*Quod tibi temporibus nascier hisce
datum est.*

*Nam tua sors multo melior quam nostra:
docentes*

*Nobis cum ferulis barbara scripta
dabant:*

*At tibi cum musis jamjam dant crustula
blanda.*

O sors sic varias ingeniosa vices. (59)

(II.) *GUILLIELMI GNAPHÆI comædia
de filio prodigo cum Scholiis PETRI PARVI
ROSÆFONTANI & Epistola ad BUGENHA-
GIUM Roskild. MDXXXVII. in 8. si Bibl.
Resen. Catalog. in 4. si ALB. BARTHOLIN.
in lib. de scriptis Dan. & VINDING. Acad.
Havniens. sequi velis. Epistola ad BU-
GENHAGIUM in Cimbria literat. MOLLER.
Tom. III. p. 105 memoratur.*

(III.) *Postilla ANTONII CORVINI in
lingvam Danicam translata a PETRO PAR-
VO ROSÆFONTANO. in 8. Titulus hanc
præ-*

(59) Nihil præter hanc epistolam scripsisse
memorat C. C. LYSCHANDER PARUUM NO-
strum in *libello de scriptoribus Danicis in
WESTPHALII Monument. Tom. III.*



præfert inscriptionem: *Postilla offuer de Söndagis Evangelia, som falde om alt Aarit. For de fattige Sogne-Prestes og Husfædre bescrevffen aff ANTONIO CORVINO, och udsæt paa ret Danske aff PETRO PARVO ROSÆFONTANO MDXXXIX. Dividitur hoc Postillorum opusculum duas in partes; posterior s. æstivalis speciali titulo gaudet, qui hic est: Kortteudleggeser paa de Söndagers Evangelier, som fra Paaske og indtil Advent bliffve predicked. For de fattige Sogne-Prestes &c. Priori parti post generalem sc. titulum toti operi præmissum tres præfiguntur præfationes. Tertia ipsius CORVINI est, secunda LUTHERI, prima autem interpretis sc. PETRI PARVI, quæ ita incipit: Hver Christen læsere ynsker jeg Peder Parvus, Samwittighedz sande fred, met alt got, og glæde i JESU CHRISTO. In sequentibus indicat, se editionem Postillorum CORVINI Germanicam modò, modò Latinam secutum esse & utramque ante oculos in vertendo habuisse. Cæterum per reliquam præfationem in eo potissimum occupatus est, ut industriam suam hanc ab obtrectatoribus vindicet; postremo in eos inuehitur, qui hac vel aliis*



aliis versionibus præditi, Pastores & Doctores suos pro rostris verba facientes audire negligunt. *Ultima libri pagina hæc exstant: Prenttet i den Konninglige Stad Roskilde, aff mig HANS BARTH, den Friddag næst for S LAURIDZ Dagb Anno MDXXXIX.* Paucis indicare iuuat *Postilla hæc ANTONII CORVINI in Islandicam, quoq; linguam ab ODDURE GOTSKALKI primo Islandiæ reformatore translata esse & Rostochii Anno MDXLVI in 8. excusa (60) qua de versione uti & interprete plura videbit L. B. in Tractatu Eminentiss. & S. Venerab. Dni. Episcopi LUDOVICI HARBOE de reformat. Islandiæ in Tom. Act. Soc. Hauniensis quinto p. 282, 3. 4. & seqq. (61)* Cui & maximas nos gratias debere profitemur, quod e sua supellectile eadem hæc Postilla in usum nostrum conuertenda benignissime nobis
cum

(60) In hac versione nullæ exstant præfationes præter ipsam interpretis ODDURI GOTSKALKI.

(61) Quo itidem in loco allegantur scripta, quæ de ANTONIO CORVINO notitiam suppeditare possunt.



cum communicare haud grauatus fuerit. (62)

(IV.) PETRI PARVI *Bog om Summen paa Skriftens Böger udsat af Fransk Kiöbenhavn MDXLIII. in 8. f. Summarialibror. Biblicorum e sermone Gallico in Danicum translata. Resen. Biblioth. p 149, 50. num. 49. MOLLER. l. c.*

(V.) PETRI PARVI & JOH. SASCERIDIS *carmina in obit. Virginis ANNÆ a BRUCHHOFEN, HENRICI, concionatoris in aula Regis Daniæ, sororis Witteb. MDLVII. in 4. memorantur Resen. Biblioth. p. 301. n. 24.*

(VI.) *Epitaphia P. P. ROSÆFONTANI in memoriam D. JO. SINNINGII, item in mortem M. GEORGII PRÆSTONII musici & cantoris Regii annexa JO. MATTH. HOINI Orat. funebr. in obit. CHRISTIERNI MORSIANI Witteb. MDLXIV. impressæ vid. Catalog. Biblioth. Resen. p. 254. n. 28.*

§. X.

(62) Minus autem recte asserit ALB. BARTHOLINUS & post eum PONTOPPIDANUS locis citatis, & PETRO & MATTHIÆ PARVIS versionem hanc deberi cum priorem unici interpretis officio functum esse ocularis doceat inspectio, quippe cujus nomen solum præfert titulus. confer LIND, *Catal. Bibl. Brab.* p. c.



§. X.


Falso autem P. PARVO tribuuntur:

(I.) *Hortulus Synonymorum* a RESEN. l. c. ASLAC. l. c. VINDING.. l. c. MOLLER. l. c. PONTOPP. l. c. cum vel ipsius libri inscriptio Auctorem esse testetur HENRICUM FABRUM ELTZEBOGENSEM, hanc enim præfert liber: *Hortulus Synonymorum: per HENRICUM FABRUM ELTZEBOGENSEM: ad usum Danorum concinnatus: cui libellus de vocum proprietatibus subjunctus est: tam solutam orationem quam ligatam scribere volentibus opidoque utilis & necessarius.* Huic autem istorum errori occasionem forsan præbuerunt præfatio & Epigrammata elegantissima P. PARVI libro huic præfixa, quæ §. præced. attulimus, ut recte monuit OLIVARIUS in *Commentat. historic. de PAULO ELLÆ* p. 25. qui primus hunc errorem observavit - Errat autem ipse Olivarius, dum cum RESEN. in *indice Biblioth. ELTZEBOGENSEM* per HELSINGBURGENSEM explicat cum per MALMOGIUM reddere debuisset. hic enim HENRICUS FABER ELTZEBOGENSIS idem omnino est cum HENRICO illo SMID, cive Malmogiensi, qui Hafn. MDLVII. in 4. edidit *Herbarium*



rium Danicum it. MDLXXVII *ibid. Medicinam Danicam.* In *Libello vocum latinarum cum interpretat. Danica* 1563. edito HENRICUS FABER MALMOGIUS *Eltzebogum Danice Malmöe* reddit p. 130. Germanis *Elnbogen* appellatur *Malmogia* vid. CASP. ENS *delic. Apodemic.* p. 265. hinc *Elnbogensem FABRUM* nostrum nominat RESEN. SEN. in JUBIL. CHRISTIAN. Sed ut ad *Hortulum Synonymorum* redeamus, euulgatus est Hafniæ MDXX. uti ex iis apparet, quæ *ad calcem libri* exstant: *Stanneis excusum calamis. Haffniæ apud MELCHIOREM BLUMME: artis Calcographæ Magistrum admodum peritum.* Anno a redempto mundo ultra *sesquimillesimum vigesimo XIII. Kalendas Martias: Cum priuilegio.* Jubet me gratus animus debitas hic exsoluere gratias Perillustri Dno. HIELMSTIERNIO, qui rarissimum huncce librum mihi & Schediasmati huic meo denegatum esse noluit.

(II.) *Refutatio Calumniarum* JOANNIS MAGNI GOTHI UPSALENSIS cum *Chronico s. Historia R.* JOHANNIS Errorem hunc omnibus, qui vel verbulum de PARVO memorant, ut VINDINGIO l. c. ALB.



ALB. BARTHOLIN l. c. MOLLER l. c. PONTAN. in *præfat. histor. Dan. & Chorographic. Dan. Description.* p. 783. MEURS. p. 343. ed. ultim. PONTOPPIDAN. l. c. aliisque communem primus detexit B. JO. GRAMMIUS in eruditissima, quam *Cimbr. literat.* JO. MOLLERI præmisit, *præfatione*, ubi verum tum *Refutationis* tum *Chronici Auctorem* JOH. SUANINGIUM SENIOREM esse, cujus est *Historia illa CHRISTIANI SECUNDI*, quæ inscribitur: *CHRISTIERNUS Ildus Danie Rex e veteri protractus* MSS. &c., rationibus haud contemnendis inductus asserit, quas in compendium redactas hic exhibemus: PRIMA ex *stylo dictionisque* *characterè in utrisque Chronico* sc. R. JOANNIS & *Historia CHRISTIERNI Ildi* *persimili* petitur: SECUNDA ex *iis in Historia Suaningiana CHRISTIERNI Ildi* *locis*, ubi auctor *suam de vita JOHANNIS R. commentat.* *citat.* quæque exacte congruunt eum illa, PETRI PARUI nomen præferente, qualia sunt: *Histor. CHRISTIAN. SECUNDI* lib. I. cap. 4. § I. pag. in. 36. Cap. 5. §. I. p. 50. lib. II. cap. I. §. I. p. 73. lib. III. cap. 4. §. 14. p. 533. TERTIA ex *istis in refutat. calumniar.* JOH. MAG-



MAGNI pag. M. 2. seqq. *verbis*, ubi Auctor dicit, se a Cancellario JOANNE FRIIS de Hesselager instigatum *ad continuandum gentis nostræ historiam*, quæ a temporibus Saxonis ad hanc nostram ætatem a multis desideratur, cum illa unice tunc temporis in JOANNEM SUANINGIUM quadrauerint, minime in P. PARUUM nulla historicarum rerum notitia insignem. QUARTUM vero & inuictissimum argumentum GRAMMIO suppeditarunt folia quædam *Refutat. Calumn.* JOH. MAGNI in fæctura chartacea, quæ membraneum involucrum fulciebat, quondam ab ARNA MAGNÆO circa annum MDCCXIX. in auctione publica deprehensa, quæ ad unam libri plagulam *litera*, *indicis loco*, *M. inferius signatam* sancta pertinebant: In ea autem hujus plagulæ pagina *quæ est M. 3. auersa*, ubi *Refutatio*, prior sc. libri pars, definit, loco verborum, quæ in omnibus hodie exemplis habentur: *Datum Anno ab ortu Saluatoris nostri 1560. Celsi R. T. Deditissimus Petrus Paruus Rosæfontanus, Eques Danus*, sic impressum exstabat: *Data Ripæ mensis Januarii d. 18 Anno 1560. Celsi R. T. Deditiss. Joannes Svaningius.*

D

Cete-



Cetera plane consentiebant, eademque erant cum vulgatis, nisi quod in proxima pag. titulum *Chronici* REGIS JOANNIS exhibente non conspiceretur illud symbolum PETRI PARVI, *Tempus fert Rosas*. Et hæc utique *inexpugnabilis illa probatio* est, quam hujus suæ assertionis *in notis* quoque ad MEURSIUM euulgatæ (*Hist. Dan. MEURS. p. 663. E. ed. Lam.*) allaturum se spondit, si quis eam desideraret, B. JO. GRAMMIUS: (63) confer *ipsam* JO. GRAMMII *præfat.* l. c. pag. 28, 29. JANUS MINOR SUEMENSIS s. JOH. MESSENIUS, qui *Refutat.* de qua agitur, impugnavit, dubitare se haud diffimulat, an P. PARVUS Ejusd. Auctor fuerit, non solum enim *Spinæfontanum Rosæ-*

(63) Ita l. c. JO. GRAMMIUS: JO. SUANINGIUS *verus & certissimus libri* (*Refutat. Calumn. JO. MAGNI & Chronici Regis JOHANNIS*) *Auctor*, qui sub P. PARVI ROSÆFONTANI nomine 1560. publicatus fuit, *cujus adsertionis* (a nullo hucusque euulgatæ neque Messenio olim, quamvis de supposito Rosæfontani nomine satis esset certus, patrefactæ) *si quis probationem a me desideret*, spondeo utique eam me allaturum, quam nemo non statim adgnoscat *inexpugnabilem.*



(*Rosfontani* agnomine scoptice immutato) in toto *retorsionis* opere eum salutat & *Latine scribendi imperitum, liberisque procreandis, quam libris scribendis, aptiorem* fuisse existimat, sed sub ipsum etiam operis initium in cap. sc. II. p. 5. 6. *libri supposititii Auctorem personatum appellat.* (64) Ad quem locum, testante MOLLERO, in *Exemplo Retorsionis isto, quod in Bibliotheca Academico-Muleniana Hafniensi asseruabatur*, manu sua olim hæc verba adscripsit nonnemo: *Auctor fuit JOH. SVANINGIUS, FRIDERICI II. di. præceptor.* vid. MOLLER. *Specileg. hypomnem.* p. 42. Offendi in JOH. FRANCISCI RIPENSIS *Carmin. libro* Lugduni 1561. *excuso* p. 42. *carmen quoddam ad M. JOANNEM SVANINGIUM*, quod cum sententiam Grammianam haud parum

D 2

cor-

(64) Putat MESSENIUS ibidem, *PARVUM eum compellatum, quod cum Job. Gothus, Antagonista personati nebulonis MAGNI gauderet agnomine ex peruetusta & nobili STORORUM s. MAGNORUM familia, unde ille prognatus, fure deriuato & usurpato, PARVUS c. MAGNUM velut DAVID c. GO-LIATH, aut certo DAVUS c. OEDIPUM decertando herbam, nempe urticam & spinam reportaret.*



corroborare mihi quidem videtur, ap-
ponere huc abs re fore non puto:

*Ecquid adhuc cessas Danorum queso vi-
rorum*

Grandia sincera reddere gesta fide.

*Dum tua SUANINGI doctissime, Musa
quiescit;*

*Doctorumque vetas ire per ora vi-
rum.*

*Inclyta Daniacæ reticetur gloria gentis
Non satis antiquis concelebrata viris.
Aspice quam belle patrios celebrauit a-
micos*

*GOTHUS, ut æthereum pulsat honore
polum.*

*Aduersæ tollit mendax præconia partis,
Digna vel æterna commemorare die.*

*Ante fuit patriis merito depulsus ab oris
Ob perpetrati crimina seuæ mali*

*Quam miser in cælum confictis laudibus
effert*

Digna est laudari quæ meliore viro.

*Delicti tacite veniam sic impetrat Ergo
Nec bonus est ciuis nec bonus histori-
cus.*

*At tu sincerus fidei constantis amator
Detege tu scriptis gesta peracta tuis.*

Tem-



Tempus ad exiguum mendacia vana triumphant

Si verum tegitur non tamen opprimitur.

Ceterum de *refutatione Calumniar.* JOH. MAGNI a MESSENIO impugnata, a VILLICHIO vero WESTHOWIO sub JANI MINIMI nomine in *Expositione historicae veritatis c. Schyiticam JANI MINORIS* in PETRUM PARUUM *retorsionem* MSS. defensa, vid. MOLLERI *hypoemem. ad ALB. BARTHOLIN libr. sepius. citat. p. 386. it. ad SCEFFERI Sueciam liter. p. 366, 7. Ejusd. Cimbr. literat. Tom. I. pag. 725. in biographia Westhowiana* SIBBER. *Biblioth. Historicam Dano-Noruegicam Cap. 6. Sect. 2da. p. 170. & J. C. BECMANNI Histor. Orbis terrarum Geographico-ciuilem pag. 626. edit. Francofurt. ad Oderam An. 1680. ubi, errore forsan typographico, Rosapontanus appellatur PETRUS PARUUS. De Scriptis his JOH. MAGNI, ROSÆFONTANI, MESSENI, WESTHOWII Eristicis judicium suum exposuit CASP. BARTHOLIN. SENIOR. Decastico hoc, in JOH. MAGNUM asperiori, in Epigrammatum Class. IV. obuio:*



*Mentiri librum si est scribere, nemo vel
ullum*

Præ te librum scit scribere.

*Mendaci es lingua magnus, rabieque
procaci*

Es magnus & calumniis.

*Sed pietate minor: non magnus, sed ne-
que paruus*

Es veritate, nullus es.

*Danus, re magnus, cognomine Paruus,
at in te*

Mendacia retorsit tua:

*Quem frustra allatrat genio minor ille
Suemensis*

Penna cadens Westhovii.

Hæc BARTHOLINUS. Longe vero alia
MESSENIUS in Amphitheatro Gustaidum
profapie qui in PETRUM PARUUM, quem
calumniatorem JOH. MAGNI iniquissimum
appellat hoc protrudit:

*Nomine dictus ob id paruus, quod acu-
mine paruus*

*Magnus es impostor, nomine magnus
eris.*





Sequuntur

quas pag. 26. memorauimus
HERMANNI SKEELII AD ANDREAM
BILDIIUM literæ a Perillustri
Domino LANGE BECHIO,
benignissime nobiscum com-
municatæ.

Myen ömick thienist nuw ock alle thide
thillfforne ssendh mett vorre Herre.
Kiære Her Andhers, takker jegh ether
gharne ock storlyghen for ethers ghadhe
schriffwelse, i huilke jegh ethers godhe Vyl-
li i moed megh alle diellss vforskiölth be-
kynner. Men dogh vylle jegh thet for-
skiölle i hwieß Madhe thet i myn arme
forthienisth kan vere. Kiære Her An-
dhers, som I megh bethynniss erre i ethers
schriffwelse, ath jegh skall beholle ethers
kiære Sön Franss Bylle i Herreborigh hoess
meg, oc sye thyll mett hanum ath skall
leghe Vyen paa. Kiære Andhers, loffuer
jegh ether vyffelighen, ath jeg vylle ghan-
ske garne beholle hanum hoess meg oc ghiör-
re hanum thet skiell, som han varre myn
eghen Brodher, först for ethers oc hans
ghode Modher skiöll, sydhen for syn eghen
skiöldt, for thy at han erre, hielpe megh
Jaa santh Ghudt, en ghodt Barn, oc ville
D 4 ghar-



gharne liö thenum ath, som vylle sye hanum syn Bestb. Ock skall han inghen Niödt haffwe for noghet hanum ghiöris behoff, thet stöndt jegh erre höff hanum. Ock vylle jegh mett Gudz Hielp saa skicke megh moedt hanum, ath bode I ock han skal tacke megh. Kiäre Her Anders, var her i Vitenberg en ghoedt lerdt Mandt, ja jen saa lerdt en Mandt, som haffuer veritt i langth vdt i Dannemarck, som hiedher M. Petrus Paruus, huilken ther er nw vanneret neer i Dannemarck, oc vylle bliffwe höff vor niödyfste Herre Komyngh, om han kan fonghe ath holle segh vdt aff, som sligh ien lerdt Mandt bör ath haffwe Bether jegh ether for Ghudz skiöll oc then ghanske Landys Bestandt ock Hieder, ath I hielper dher thiil, at han bliffwer i Dannemarck, oc fonghe ath holle segh. Kan I vell kiäre Her forstanne, hwadt slygh jen lerdt Mandt kan ghaffwen oc vere Dannemarck thyll stoer Hier, for thy vy hauer icky manghe lerdt Mandt, som er Danske. Erre thet megh thiet bebreidet aff lerdt Mendt her i Thiöske Landt, at vy haffwer foe lerde Mendt i Dannemarck. Men hwiss ther kommer noghen, som lerdt erre,



*erre, tha kan thy icky neppelighen fonge
theris Föe oc inthet thyl Kledbe. Kiere
Her Andhers, tyncker her en ghoedt
Raedt thyl. Her met ether then ewige
Ghudt befalendis. Myn Thyenist alle thide.*

HARMAN SCHIELL.

Inscriptio. literarum hæc:


*Erligh ock velburdigh Mandt Her An-
ders Bylle Ridder oc Höeffmandt paa
Stege, kiærlighen sendis thette breff.*




Bona cum Lectoris venia hæc quæ sequuntur pag. 14. not. (13) adiicienda de
Catechismo PETRI PALLADII pro Ecclesiis Noruegicis. Hafniæ 1546. edito
addimus :

Librum hunc inter scripta MATTHIÆ PAR-
UI ab ALBERTO BARTHOLINO & C. C.
LYSCHANDRO referri supra dictum est. Ti-
tulum autem, prout perbenigne mihi in-
dicavit Eminentissim. Dom. L. HARBOE,
hunc gerit: Doct. PETRI PALLADII korte
Catechismi Udlæggelse udsæt paa Danske ved
Matthiam Parvum Rosæfontanum de Christ-
ne udi Island til gode. Catechismo præmit-
titur Epistola P. PALLADII ad Islandos (om
den lille Catechismus PALLADII Skrivelse til
Islændernæ) in qua, ut cætera, quæ in ea-
dem continentur, silentio præteream, de
MATTHIA PARUO, hujusque in vertendo o-
pera, sic verba facit: Siden befalede jeg een
anden lærd Person for min store Uledigheds
Skyld ved Navn MATTHIAS PARUUS, at sæt-
te samme Bog ud paa Danske, huilket han
haver og saa giort &c. Incipit PALLADII E-
pistola ita: Erlige oc Velbyrdige Mænd Or-
mer Bonde Stulleesen og Peder Bonde Einer-
sen paa Stadefeld i Island, ynsker jeg PEDER
PALLADIUS Doctor Superintendentens over Siæ-
lands Stikt i Danmark Naade og Fred af Gud
Fader ved vor Herre Jesum Christum: ita ve-
ro finit: Skrefvet i Kiøbenhavn den tiende
Dag i Marts Maanet. Guds Aar
M. D. XL. VI.









END

